



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. LXXXVI. Lauretana fideicommissi. Ad eandem materiam consil. 21. Oldradi, quando intret ejus decisio vel potius limitatio, ita ut positio in conditione filiorum importet etiam eorum vocationem ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

Martii 1658. Et prima Martii 1660. coram Bevilacqua, in ditijs de Mutis coram Melio cum alijs in terminis successus à consl. Oldrad. per Aaden. ad dictam decis. 692 par. 4. recent. tom. 3.

Hinc inferrebam non obtare auctoritates & decisiones in contrarium facientes, & præsertim dictas decisiones in Bononien. de Barzellinis decis. 249 & 272. par. 6. recent. quia in earum casu cessabat ratio conservationis agnationis, dum filiis deficientibus testator pro certa parte vocabat feminas, quæ agnationis contemplationem cessare faciunt, ut in individuo his decisionibus respondetur in d. secunda Romana de Mutis 15. Januarii 1648. Melio S. quia in casu &c. ubi etiam respondetur in specie ad decisionem in Romana domus & viridarum coram Corduba, quoniam ibi non tractabatur de continuatione fideicommissi favore agnationis, sed favore Hospitalis, prorsus extranei, idcirco à diversis licitum non est facere illationes, ut etiam advertitur supra disc. 82. ideoque attento toto contextu testamenti ista mihi videtur genuina testatoris voluntas.

Quoverò ad secundum quæsitum, valde dubitabam quod probata existentia descendendum legitimorum de linea masculina agnati primo vocati, non posset ad hoc fideicommissum aspirare dictus Augustinus, adeò ut non suffragaretur cautionis oblatio juxta cautelam traditam per surd. conf. 359. num. 15. & sequen. sæpè approbatam à Rota præsertim in Faventina bonorum 27. Junii 1659. coram Cerro, ubi concordantes, quoniam hoc procedit, ubi vocato certo genere personarum in eodem substitutionis gradu cum ordine proximioritatis, unus comparet, qui de illo personarum genere se probat, tunc enim altero non comparente, non tenetur quis probare se proximiorum, sed sufficit esse de illis, quorum vocatio purificata est, præsertim tamen dicta cautione de restituendo proximiori venienti, & in his terminis procedunt dictæ auctoritates, & alix apud eas cunctilata.

Secus ubi veniens est de diverso personarum genere in diverso substitutionis ordine vocato, postquam linea vel genus primò vocatum defecerit, quia donec extent personæ de linea vel genere primò vocato non dicitur purificata conditio suæ vocationis, quamvis illi non compareant, neque successionem obtineant; cum ipsa existentia de facto sufficiat ad impediendam conditionis purificationem, atque gravatus repellere illum potest per exceptionem non purificatæ conditionis ut dec. 151. par. 3. recent. latè in Romana fideicommissi de Soricis 22. Maji 1643. coram Carillo, inter suas dec. 266. atque de tempore proximo huic responso talem sensum habuerat Rota in Bononien. fideicommissi de Sala 16. Januarii & 22. Maji 1662. coram Verospio de qua supra disc. 71. ideoque cum pauper proximior descendens per feminam esset vocatus, deficiente linea masculina agnati primò vocati, sequitur quod donec ista superest, non dicitur purificata conditio suæ vocationis.

Nil obstante, quod non curante proximior agnoscere fideicommissum, fiat locus remotiori, Tum quia id procedit intra personas ejusdem generis, ad cuius favorem casus fideicommissi est purificatus ut supra; Tum etiam quia procedere posset, ubi ageretur de apertura fideicommissi penaliter in casu prohibita alienationis; Vel demum ubi testator continuam bonorum perseverantiam in illis de familia desiderasset, abhorrendo illorum transitum vel permanentiam in extraneis, quo casu Monasterium neque durante vita monachi succedit juxta

conf. 96. Altograd. volum. 1. & in his terminis procedit decisio in Romana, seu Vrbevetana successus 22. Maji 1662. coram Albergato; neque videbatur casus practicabilis ac testatoris voluntati adaptatus, quod scilicet dictus proximior per feminam descendens allumeret cognomen & insignia testatoris, & quod deinde descendentes agnati primò vocati jam extantes, mutata sententia ab eo bona auferrent, sive quod illis negligentibus, id agerent eorum filii & descendentes.

Quoad tertium quæsitum, Dixi regulam esse, ut vocatio terminet in primo juxta theoreticam Cumanii 13 in l. cum ita §. in fideicommissis de legat. secundo, ex eadem tamen theoretica resultat receptissima limitatio ubi conjecturata testatoris voluntas aliud suadet, ut cæteris allegari latè ac bene deducitur in Bonon. fideicommissi de Bolognini 26. Novembris 1644. coram Ghislerio in Bonon. fideicommissi de Guidotti 14. Januarii 1648. Arguelles, Bonon. primogenitura prima Iulii 1654. Bibio, decisio 336 parte 11. recent. in quibus in specie ponderantur tanquam sufficientes conjecturæ reluctantes à conservatione agnationis, à digressu ad tot gradus substitutionum, & super omnia ubi urget sicta renovatio agnationis & familiaris, quæ utique satuta fuisset, si in primo vocato bona effici deberent libera, & ad extraneos transitoria, unde mihi videbatur, quod essemus in casu indubitato.

## LAURETANA FIDEICOMMISSI

PRO

PETRO BURATTO

CVM

CREDITORIBUS ACCURSII  
BURATTI.

Casus disputatus coram A. C. & resolutus pro Petro.

Ad eandem materiam conf. 21. Oldradi, quando intret ejus decisio vel potius limitatio, itaut positio in conditione filiorum importet etiam eorum vocationem activam & passivam cum successivo fideicommissi; Et an verba, Ita quod bona semper remaneant in descendencia, dicantur stare principaliter ad inducendum fideicommissum, vel potius consecutivè, quatenus scilicet gravatus moriatur sine filiis.

## SYMMARIUM

- 1 **F**acti series.
- 2 De consil. Oldradi 2.
- 3 An ratio seu alia dispositio adjecta in certo casu substitutionis istum ampliet, vel intelligatur eodem iudicio retento.
- 4 De limitatione consil. Oldrad. ex conjecturis, & quomodo in istis metiendis procedendum sit.
- 5 Expenduntur aliquae coniecturae.
- 6 De regulat enenda circa coniecturaram pondus & efficaciam.
- 7 De verbo, Ita quod &c.
- 8 Responderur aliquibus decisionibus & doctrinis.
- 9 Suspecta auctoritas Consulentium, & quando allegantur, videnda est decisio edita in eo casu.
- 10 De differentia inter DD. antiquos & modernos super consil. Oldrad. & super materia reciproca lineari.

## DISC. LXXXVI.

**A**ntonius Franciscus Burattus, tres habens filios masculos, Hieronymum, Antonium, & Baptistam, ad quamcunque controversiam inter eos removendam, iure praefegatorum particularium omnia stabilia inter eos divisit, cuiuslibet praefegando, licet quoad Baptistam, forsitan inquisitum, suae portionis praefegatum directe fecisset Petro & aliis eius filiis, quae bona sic praefegata & divisa, sub ea lege singulis reliquit, quod in eventum, in quem aliquis eorum sine filiis masculis legitimis decederet, sed cum foemina, istis dari deberet dos per eum taxata, residuum verò devenire debeat in alios filios supra institutos, eorumque filios masculos absque aliqua detractioe, injungendo per verba praefata, Ita quod supradicta bona semper remaneant in descendentes per lineam masculinam proximiores de gradu in gradum, nec possint transferri in alium ex testamento vel ab intestato quocunque titulo vel causa, instituendo in reliquis simpliciter haeredes universales eosdem filios.

Moriens successivè Baptista praedictus, haeredes instituit dictos Petrum & alios eius filios masculos cum explicito reciproco & successivo fideicommissio in universa eius descendencia, defunctisque aliis filiis sine prole, ex Petro fuit superstes Accursius, qui grave as alienum contraxit, unde propterea formato concursu coram A. C. in eius bonis, ad effectum ea vendendi ut creditoribus satisfaceret, Petrus junior eiusdem Accursii filius, se opposuit instando separari bona ad utrumque fideicommissum Antonii Francisci proavi, & Baptistae abavi pertinentia; Et assumpta desuper disputatione, quoad bona provenientia à Baptista, nulla cadebat circa fideicommissi existentiam difficultas, cum illud esset litterale, solumque erat circa bonorum identitatem ac detractioes, quae ex hac parte dicebantur consumptae cum pluribus alienationibus, sed haec omnia utpotè in facto consistentia incumbabant causa Patrono, ac habetur actum in sua materia substitit. de detractioibus.

Quaestio autem juris tota fuit circa bona Antonii Francisci primi testatoris, quae ex parte creditorum praetendebantur esse libera, dum substitutio concepta erat sub conditione si sine filiis jam defuncta, stante quod ex Petro fuerat superstes idem Accursius filius masculus, unde propterea dice-

bant intrare de plano receptissimam decisionem Oldradi consil. 21. Et ad verba superius regenda explicitè continentia voluntatem testatoris, ubi semper remaneret in descendencia per lineam masculinam, unde propterea ex hac parte dicitur probari fideicommissum dispositum per lineam masculinam, Respondebant scribentes pro contrariis, illas stare accessorie & consequenter eadem scilicet themate retento & quatenus conditione fiat locus substitutioni, ut in terminis huius dictionis, Ita quod, alii aliter habetur praefertim apud Riminali. jun. consil. apud Giovagnoli. consil. 97. lib. 1. ubi registratur responsa idem comprobantia, Allegantur etiam idem decisionem in Sabina fideicommissum, ubi iuxta dictam decisionem Oldradi, & respondetur quibusdam conjecturis, ac etiam verbis institutoris voluntatem ostendentibus super preservatione bonorum in familia vera vel ficta seu ficta in descendibus ex familia remota dicitur in s. finali, quod conjecturae vel verba debent ex ea parte, de qua agitur, secus ubi possunt accessorie vel consecutivae eodem themate retento, & quatenus purificetur conditio, si concepta fuit substitutio.

Cum autem priusquam dictus Petrus junior etiam litem adversus creditores patris alligasset meum responsum pro veritate habuisset super fideicommissi praedicti existentia & duratione, ubi eodem veritatis sensu retento, scribens in conclusionem, quod ubi etiam verba superius regenda non adessent, adhuc tamen eramus potius sic ficuti est regula, ubi scilicet concurrunt conditiones in quibus metiendis receptissima pariter ac hodie distinctio, an agatur de dispositione patris vel transversalis, ut primo casu minus leviores in altero autem, tam numero, quam prode majores esse debeant.

Conjecturae in hac facti specie plures considerant attendenda cum regula pariter hodie quotidiana & recepta, ut singula quae non profert, non veniunt, & sic quod licet omnes singulariter de se se consideratae essent inefficaces, ac difficultas patenter, nihilominus insimul unita voluntatem inducant, ex iis, quae in propositione ris allegatis habentur apud Ottob. decis. 119. de Rojas dec. 481. dec. 185. p. 7. & 385. par. 9. & 10. rec. Bonon. fideicommissum de Guidonis 24. Januarii & 5. Junii 1649. Arguelles Romana fideicommissum de Ximis 24. Martii 1659. & 28. Aprilis 1666. Berol. & in aliis per Adden. ad decis. 632. par. 4. rec. num. 16. cum sequen. & habetur in praecedentibus. Primo enim urgebat conjectura deducta ex veritate masculinitatis; Secundo ex altera legitimitate filiorum in conditione positurum; Tertio ab institutione foeminarum dote assignata; Quarto ex illis semper; Quinto ex illo verbo, remanere; Sexto ex illis verbis linea & descendencia; Septimo ex illis verbis de manu in manum, denotantibus tractum factum esse ad bona, unde videbatur inductum fideicommissum reale; Et non fortissimè à prohibitione transitus ad extraneos haeredes, tam ex testamento quam ab intestato, unde constabat testatorem quoties extarent illi de eius sanguine & descendencia, extraneos abhorruisse.

Super huiusmodi conjecturis criticandis, &c.

longis allegationum apparatus, super singulis re-  
 jiciendis instabant scribentes in contrarium, sed  
 inanem laborem dicebam, quoniam ut in hac ulti-  
 marum voluntatum præsertim materia satis fre-  
 quens est mea dicendi consuetudo, istæ non sunt am-  
 plius quaestiones juris, sed solum facti & applica-  
 tionis, quas stultitiæ species videtur velle decidere  
 cum Decisionibus vel Consiliis editis in aliis contro-  
 versis, cum regula uniformis & generalis desuper  
 tradi non valeat, sed decisio pendeat à singulorum  
 casuum individuâ circumstantiis, ex quibus fre-  
 quenter conringit, easdem conjecturas in uno casu  
 rejici, minusque efficaces reputari, in altero autem  
 etiam minores exuberare, quia sic unus vel alte-  
 rius facti species exigat, inspecta qualitate testato-  
 ris, loco, tempore, & aliis in propo- si o ponde-  
 randis; Unde propterea idem *Giouagn. dicto conf.*  
 97. num. finali respondendo ad decisionem 1373: *Se-*  
*raph.* super dictis verbis, *Ita quod*, ponderat plura-  
 litatem & qualitatem conjecturarum in eo casu con-  
 currentium, ac in suo deficiente, ut etiam in ter-  
 minis dictæ dictionis, *Ita quod*, attendendæ & ope-  
 rativæ habetur apud *Riminald. ubi supra*, quoniam  
 aliæ conjecturæ, ubietiam de per se non sufficerent  
 ad inducendum fideicommissum, rectè operativæ  
 remanent ad dictorum verborum intellectionem,  
 quod non stent accessorie sed principaliter, live eam-  
 dem verba robur & efficaciam tribuunt con-  
 jecturis.

Et sic totum pendet ex individuâ circumstantiis  
 singulorum casuum, quibus in hac facti specie atten-  
 tis, certa videbatur voluntas, quod dicta verba  
 principaliter & per modum dispositionis prolata e-  
 sent ex conjecturis supra recensitis, potissimè autem  
 ex ea consideratione, quod si gravatus reliquisset  
 filias feminas, cogeretur eas vel earum descendentes  
 excludere, ut bona restitueret agnatis, & tamen  
 si relinqueret masculos & feminas posset tam istos,  
 quam agnatos excludere ac transferre bona in ex-  
 traneos, quos extantibus illis de sanguine testator  
 abhorruit, cum hic sit effectus consilii *Oldrad.* ut de-  
 facta substitutione bona remaneant libera disposi-  
 tionis, quod in mentem senfati hominis cadere  
 non potest; Atque ut bene advertitur in dicta *Bo-*  
*non. de Guidottia coram Arguelles*, species fatuitatis vi-  
 detur quod testator tam summo studio tot substitu-  
 tionum gradus ordinare voluerit sub conditione,  
 quæ infra decem menses post ejus mortem deficere  
 poterat, & sic tam de facili tota machina corruere,  
 ideò discretè, ac juxta verisimile senfati viri judi-  
 cium procedendum est.

Ad auctoritates verò in contrarium ut supra de-  
 ductas, respondendo. Quatenus pertinet ad deci-  
 sionem *Sabini. fideicommissi coram Cerro*, dicebam  
 illius casum esse omninò diversum, cum controver-  
 sia non esset cum creditoribus, vel hæredibus extra-  
 neis principaliter contententibus de libertate bono-  
 rum, sed cum descendentes testatoris, quibus  
 posito, fideicommissio, istius successio magis debita  
 esset, ut liquet ex deductis in dicta causa *Sabini.*  
*fideicommissi de ser angelo disc. seq.* ubi licet Ego scri-  
 berem in causa pro succumbente, agnosco quod  
 placuit resolutio, sed non placuerunt fundamenta.

*Riminald. jun. consil. 464* agit de casu fortiori  
 reciproca linearis, & sic de transitu de linea ad li-  
 neam, licet cumulando motiva more scribentium  
 de partibus, istud etiam ac alia deducat; Et nihilo-  
 minus in isto consilio rectè verificari dicebam, id  
 quod dicit *Eranch. decis. 260. num. 6.* & approbat  
 etiam *Rota in Lauden. Censu 23. Junii 1666. Taja in*

*sine*, quod tibi allegantur consilia, oporteret inspi-  
 cere Decisiones in eis editas, dum fideicommissum  
 illorum de Blanchettis, de cujus expiratione con-  
 tendit, *Riminald.* canonizatum fuit per *Rotam Bonò-*  
*mien.* inter illas easdem partes, ut apud *Barzium de*  
*cisione 1. cum sequen.* Atque in controversia per an-  
 num circiter antequam hæc disputarentur, habita,  
 me scribente coram A. C. & in *Rota coram Taja* in-  
 ter successores ejusdem familiæ de Blanchettis sopi-  
 ta per concordiam, & de qua supra disc. 12. non fuit  
 dubitatum de existentia, & duratione illius fidei-  
 commissi, de cujus expiratione agit *Riminald.* cum  
 actuali possessione bonorum ad illud pertinentium,  
 sed sola disputatio fuit super pertinentia ratione in-  
 compatibilitatis.

Idemque dici potest de *Giouagn. conf. 97. & scri-*  
*bentibus apud eum*, Vel scilicet quod scripserint cau-  
 sæ inserviando, Vel quia in iis casibus ita postula-  
 rent facti qualitates ac circumstantiæ, ut fateatur  
 idem *Giouagn. num. finali*, respondendo ad deci-  
 sionem 1373. *Seraph.* Omnes autem dictæ vel similes  
 auctoritates deductæ ac inculcatæ fuerunt præser-  
 tim in allegata *Romana fideicommissi de Maximis*, de  
 qua supra disc. 83. ac etiam in dicta *Bonon. de Guidot-*  
*ta & similibus*, sed non curatæ, quoniam ita facti  
 circumstantiæ exigebant, unde propterea tot tan-  
 taque, præsertim Consulentium & Decisionan-  
 tium auctoritates, quæ tanquam legiones possunt  
 hincinde in hæc materia deduci, dicendæ non sunt  
 contrariæ, ac invicem pugnantes, sed potius di-  
 versæ, atque omnes discretivè in suis casibus ve-  
 ræ, quia sic unus vel alterius casus qualitas exi-  
 gebat.

Observando potissimè, quod in retroactis sæcu-  
 lis, majores nostri cum quodam leguleico judaismo  
 sequentes *consil. 139 Alex. lib. 6.* magis acriter insi-  
 stebant in dicta decisione deducta ex *consil. 21. Ol-*  
*drad.* ut liquet ex *Rota antiqua* in eadem supra alle-  
 gata *Romana fideicommissi de maximis dec. 230 p. 2.*  
*divers.* Verum eadem *Rota* aliaque *Tribunalia* mo-  
 derno tempore rationabilius hujusmodi judaismo  
 relinquendo, attendunt magis substantiam verifi-  
 millis voluntatis, quam corticem & figuram ver-  
 borum, quæ frequentius sunt *Notariorum* vel alio-  
 rum extendentiam testamenta, absque eo quod re-  
 statores ad talium verborum differentiam cogitave-  
 rint; Prout retroactis temporibus adeo insitebatur  
 in tribus requisitis explicitè desideratis ad recipi-  
 cam inducendam, & tamen moderno tempore illa  
 etiam implicita, & ex conjecturis deducta atten-  
 duntur, ut sapius infra ad hanc materiam recipro-  
 cæ; Ideoque firmum remanet hanc esse quaestio-  
 nem facti, ex istius circumstantiis decidendam; Et  
 ex his, cum justitiæ fundamento, per A. C. pro  
 fideicommissi existentia & bonorum separatione,  
 inspecta etiam veritate, mihi videba-  
 tur judicatum esse.

SS) o (S)

LUCA  
 e  
 mentis  
 cat  
 VI  
 9

SABI.